Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-765050-p0001-5

EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
VI–j
SIGNAT. cIↄIↄCCCXIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-765050-p0002-0

116

# MEMORIAE
# BEATAE
# CLEOPHE SALOME LOESCHERIAE
## NATAE
# SITTIGIAE
## SACRVM.

*VITEMBERGAE*, LITERIS GERDESIANIS.

1717

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-765050-p0003-6

*Puluis & vmbra ſumus, ſimulac prodimus in auras;*
*Nati, denati puluis & vmbra ſumus.*
*Puluis & vmbra ſumus, pueri, juuenesque, virique;*
*Robore contrito puluis & vmbra ſumus.*
*Puluis & vmbra ſumus, quamuis diademata cingant*
*Tempora; poſt obitum puluis & vmbra ſumus.*
*Puluis & vmbra ſumus, ciues, validique coloni;*
*Mors loca cuncta ſubit; puluis & vmbra ſumus.*
*Puluis & vmbra ſumus, ſenii cum pondere preſſi;*
*Leto proſtrati puluis & vmbra ſumus.*
*Puluis & vmbra ſumus; ſi, cur LOESCHERIA demta?*
*Perquiris; ſcito: Puluis & vmbra fuit.*
*Puluis & vmbra fuit, ſed erit mox pulueris expers;*
*Vmbra fugax ſtabilis lux erit, atque decor.*

N. L. Comes a Zinzendorff
& Pottendorff.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-765050-p0004-2

✠ ✠ ✠

Der Purpur ſchabt ſich ab; die glatten
Hermelinen
Sind ſchön/doch müſſen ſie dem Wurm zur Nahrung dienen;
Die rothe Nelcke welckt; die Roſen werden
blaß;
Die trefflichſte Geſtalt verdorret wie das
Graß:
Vom Leben/wo es ſich auch noch ſo ſehr verweile/
Bekennet jedermann/der ſterblich iſt: Es eile.
Es muß des Alters Schaum ſich in die Grufft
verſencken:
Der friſchen Blumen Blut muß ans Verfaulen
dencken:
Die Raupe naget auch das neu-geſchoßne
Laub;
Was hoch erhaben iſt/ fällt in den tieffen
Staub.
Den allermeiſten klingt die frühe Todten-Glocke/
Und ſiehet man ſich um: Wie wenig gehn
am Stocke?
Kaum hat die kalte Fauſt ein junges Reiß zerdrücket/
Als ſie auch einen Baum von ſeiner Stelle
rücket.

Diß überzeuget uns/ wie wahr die Lehre ſey:
Es bleibt kein Sterblicher vom alten
Bunde frey.
Ermahnt Euch/ Traurige; Hofft auff den
frohen Boten/
Der Euch zu JESU rufft: Dann eilt zu
Euren Todten.

W. L. W. Freyherr von Crailsheim.

---

Palla ſuperba iacet, furioſa mittere tela
Morte minante; togas blatta nociua
terit;
Parcere nec Pueris didicit violentia fati,
Confectos ſenio non ſupereſſe ſinit.
Atque ſacerdotum domus ad decoranda Je-
houæ
Templa ſacrata ſagax, atra theatra ſubit.
Sedecies vertit per olympica tempora curſum,
Falce reſecta necis Præſulis Vxor obit,
Sorte cadente poli moritur, Vir, pelle dolores,
Numinis arbitrium viuere velle vetat.

VV. G. L. B. a Crailsheim.

*Heu!*

† † †

*Heu! ſubita jam morte cadit,* Loescheria *Conjux,*
*Femina, quæ ſexus gloria prima ſui:*
*Femina, quæ natis terrasque, Virumque, beavit,*
*Femina, cui ætas vix tulit ulla parem.*
*Cujus et in vultu reſidebat caſta venuſtas,*
*Cujus erat ingens relligionis amor.*
*Heu! miſeror mortemque tuam, planctusque Tuorum,*
*Quando it exequias pulla caterva Tuas.*
*Te dolet ereptam Conjux, lacrymansque requirit,*
*Senſerat egregiam quam modo lætus, opem.*
*Te Generique, Nurusque, dolent, triſtesque Nepotes*
*Tota domus cœpit nunc onus eſſe ſuum:*
*At Tu, DIVA, ſubis tutisſima culmina Cœli,*
*Et capis in JESU gaudia ſancta ſinu.*
*Quod Tibi decesſit Natorum accedat ad annos,*
*Sic, Tua, ſic Sobolis, fama ſuperſtes erit:*
*Flore illibato maneat, multosque per annos*
*Stet fortuna domus, non peritura, tuæ!*

Matronæ primariæ, & excellenti virtute præditæ, ſupremum perſoluturus officium, non ſine ingenui doloris ſenſu ſcrib.

GOTTLIEB WERNSDORFIUS, D.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-765050-p0007-8

## Auf die Ruhe-Stätte der Wohl-Seligen.

Du fragſt: Was dieſe Grufft für einen Schatz verwahre?
Hier ruht ein edler Baum: Den riß im Stuffen-Jahre
Der Todt / doch noch zu ſchnell / von dieſer Erden hin /
Ein Seegens-voller Baum / und Mutter von Zwölff Zweigen /
Davon die meiſten ſich gleich als vor Früchten beugen /
Wer iſts denn? Frageſt du: Es iſt die LOESCHERIN.

MARTINVS CHLADENIVS, D.

---

Diſcedit felix terris LOESCHERIA Conjux,
Quam vetat & Virtus Progeniesque mori.
Implevit numeros, dum fata Deusque ſinebant,
Conjugis & Matris; nunc meliora petit.

J. B. WERNHER, D.

---

*Felicem merito* TE *ter celebramus & ultra,*
Fortunate Senex, *coeli cui munere tanta*
*Et tam præclara cum Conjuge ponere partem*
*Tranquille læti bene multam contigit ævi.*
*Quodſi fata darent, amor ut quos vinxerat unus,*

*Sol-*

*Solveret una dies, reſtabat, junctus ut illi*
*Morte fores, de qua ſola niſi morte revelli*
*Non poteras. Nunc quum fata hoc concedere nolint,*
*Et pia, quæ ſolvi nequeunt, mors vincula rumpat,*
*Non tamen infelix poſt tanti temporis uſum*
*In moerore Tuo dici mihi poſſe videris.*
*Nempe frui aeternum magna ſi ſorte negatur,*
*Eſt aliquid tenuiſſe diu, meminiſſeque ſemper.*
*At, Deus, uxori qui TE ſupereſſe beatæ*
*Jusſit, TE curare bonum commune ſacrumque*
*Atque diu ſupereſſe velit nobisque Tuisque.*
*Et TIBI poſt multas plures ſuperaddat ariſtas!*

Pietatis & obſervantiæ cauſſa ſcr.
MICH. HENR. GRIBNER,
D. P. P. Ord. JCt. h. t. DECANVS.

---

So muß ich leider! ſchon Dieſelbe ſehen ſterben,
Die in dem Leben ward, wie billig, hochgeacht,
Sie iſt nun hingelangt zu Jhres JESU Erben;
Mein Wunſch iſt: Daß ich auch bald werd dahin gebracht.

Gottfried Svevus, D.

---

Provida quæ Soboli vixit, quæ chara Marito,
Cœlicolis vivit conſociata piis.

GEBH. CHRIST. BASTINELLER, D.

*Condite, fœminei lectisſima ſidera ſexus,*
*Condite nigranti ſplendorem & lumina peplo.*
*Fallor, an e vobis primo cadit ordine ſtella,*
*Aut, ſi non cecidit, meliore ſerenior axe,*
*Quæ nunc exoritur, ſaltem, lux illius almæ*
*Dum virtutis abeſt, potuit cecidiſſe videri.*
*Et quid disſimulo, ceſſit* LOESCHERIA *fatis,*
*Matronas quæ tantum alias virtute reliquit,*
*Quantum luna ignes vincit ſplendore minores,*
*Atque vel ipſius Lunæ maculaſque viceſque*
*Conſtanti potuit fortunæ vincere vultu.*
*Quam felix Vxor! quae Tanto juncta Marito,*
*Et tam felici thalamo & tot luſtra fuiſti,*
*Ingenia, & Mater felix, quæ tanta tuliſti,*
*Et felix virtute Tua! Quid ſingula laudo?*
*Scilicet & Tanto Dignisſima Conjuge Conjux,*
*Et Tantis fueras Mater Dignisſima Natis.*

Scribeb.

D. GODFRID. LVDOVIC. MENCKEN,
P. P.

---

## *Ad mœſtiſſimum Dn. Viduum.*

*Sancte Senex* Sociam thalami pia fata repoſcunt,
Nec miſeram morbis amplius eſſe volunt.
Hinc non immerito luges Sociamque requiris;
Poſcit cura, fides Illius & pietas:
Sed vero ut leſſus triſtisque querela quieſcat,
Poſcit velle Dei, & cum pietate fides.
Non unquam quisquam declinet ſpicula mortis,
Quem ſummus Præſes de ſtatione vocat.
Vitam morboſam compenſat vita perennis,
Quam nulli morbi debilitare queunt.
Fac igitur magna compeſcas mente dolorem,
Monſtra, quod Tua ſit non ſuperata fides!

*Levando dolori l. m. ſcr.*

D. CHR. VATER, P. P.

*Victrix*

*Victrix ouat Matrona laboribus*
*Defuncta morborum, miſerae ſimul*
*Vitaeque; nunc coelis repoſta,*
*Inter avos, atavosque, geſtit.*

Supremum honoris officium abſens
paucis perſoluit

A. BRENDELIVS, D.

---

Matronale decus, pietatis gloria verae,
Occidit, ad lacrymas gaudia noſtra trahens.
Condoleo: aſt luctum ſiſtit divina voluntas,
Qua melius nihil eſt, & nihil eſſe poteſt.

*Ultimo honori*
*pientisſimæ Matronæ*
*dab.*

CHRISTOPH. HENRICUS BERGERUS, D.

---

*Quam pietas, quam caſta fides, quam gratia morum:*
*Hinc Homini caram fecerat, inde DEO:*
*Hæc variis detenta malis, morboque tenaci,*
*Hactenus in terris irrequieta fuit.*
*Sed nunc in cœlis, vera ſatiata quiete,*
*Atque ſoluta malis, gaudia mille capit.*

Levando dolori f.

ERN. CHRISTIANVS SCHROEDERVS,
Prof. Publ. & h. t. Ord. Philoſ. DECANVS.

---

Quam vitae comitem pietas TIBI junxerat, illa
TE, Venerande, Senem deſeruiſſe poteſt?
Scilicet aſſidua JESUM prece ſollicitavit,
Longior ut veniat vita, ſalusque, TIBI.
Annuit his facilis, ſed Ei, nil tale timenti,
Jam TVA dicentur funera, JESVS ait:

Ipſe levamen Ei viduo, fulcrumque, labanti,
Ipſeque viventi vita ero, & omnia ero.

*Pauca hæc*
*Obſervantiæ & luctus leniendi cauſſa, & ut ultimum Matronæ, ſingulari domus æque ac ſexus ſui ornamento, officium perſolveret, dabat*

JO. CHRISTOPH. WICHMANNSHAVSEN,
LL. OO. Prof. P. & Facult. Phil. Sen.

---

*Salue, bis ſenae Genitrix fauſtiſſima Prolis,*
*Salue, coniugii Gloria rara pii.*
*Neſcis, quo Niobe, bis ſex ad buſta, rigeſcit,*
*Vna Tibi ſoboles demitur, una latet.*
*Non Tibi ſe Phoenix auſit conferre Parenti,*
*Quod cinis illius non parit, ipſa uides.*
*Ipſa uides Natos, et, qui naſcuntur ab illis,*
*Ipſa uides Natas, poſteritate fruens.*
*O, quantae Charites, quantus Tibi, Mater, Apollo,*
*Surgunt e thalami, clara propago, ſatu.*
*Qua ius faſque colit, qua, res ſibi poſcit Hygeiam,*
*Publica, qua Pitho Relligioque mouet,*
*Hac Tua promicuit, ſic fulgent Pignora, uirtus,*
*Hac tua laus, ſaeclis non abolenda, nitet.*
*Nunquid Te miſerer? Tumulo num lumina figam?*
*Non moritur, quæ ſic, ſtirpe uigente, uiget.*

Laudem Matris praeſtantiſſimae, non intermorituram,
Ampliſſimae Genti Loeſcherianae gratulatur

JO. GVILIELMVS BERGERVS, P. P.

---

Quid vita, quid? moeror, labor, carcer, dolor.
Matrona ſancta, ter beata facta nunc
Es morte. Vita vera ſempiternaque
Te jam tenet. Nolite flere mortuam.

GEORG. GVIL. KIRCHMAIERVS, P. P.

*Suffi-*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-765050-p0012-6

*Sufficit ad laudem Divae, dixiſſe, quod omnis,*
*Qui fato aſſiſtit, collacrymatque, chorus,*
*Præcipue hoc unum doleat, mortem tot in una*
*Et virtutis opes præripuiſſe ſimul,*
*Et bona naturæ melioris dona, quod ullam*
*Vix aliam junctim condecorare ſolent:*
*Omnes uam norunt charam raramque fuiſſe*
*Æternam Sexus ſpemque decusque ſui.*

Supremis Honoribus ſumme venerabilis Antiſtitis noſtri
LOESCHERI Vxoris pie defunctæ hæc dabat
HENR. KLAUSING/ Theol. D.
ejusdemque Prof. Extr. Math. Sup. Ord.

---

Quæ *Matrona* ſacri didicit de *Praeſulis* ore
Dogmata, nunc diva ſentit in arce poli.
O felix abitus! ſic cœlo reddita vivit.
Quæ longum in terris vivere digna fuit.

*Optimæ Matronæ virtutibus dedit*
MARTINUS HASSEN,
Moral. ac Civil. P.P.

---

*Sic Matronarum decus, optatumque mariti*
*Solamen moritur: Plangite Pierides.*
*Sed quæ felicis matris, quæ conjugis omnes*
*Expleuit partes, regna beata ſubit,*
*Ac tot uiua ſuæ uobis celebranda relinquit*
*Pignora uirtutis: Plaudite Pierides.*

Cum luctus & obſervantiæ teſtificatione ſcr.
IO. GVIL. IANUS, Hiſt. P.P.

---

Quis, Matrona, ſatis TE dignis laudibus ornet?
Quisue Tuum docta pingeret arte decus?
Quae fuerit pietas Tibi, quae prudentia, novit
Atque ſtupet Croeſus, praedicat Irus idem

Quamque uterus felix, Academia, templa loquuntur,
Aulaque, luminibus condecorata Tuis.
Talem non pudeat mortem rapuiſſe propinquis,
Quam ſolam deceat non licuiſſe mori.

*Obſervantiæ cauſſa ſcribebat*
FRIDERICVS STRVNZIVS, P. P.

---

*Dum Diua fluctus, queis modo cingimur,*
*Vitat, beatis credita carbaſis,*
*Sat paſſa tandem glorioſos*
*Ingeminare poteſt triumphos.*
*Littus ſubit tutisſima ratis, &,*
*Tractante clauum Numine maximo,*
*Nunc fata ridet, nunc ſupremos*
*Obtinet, huc bene uecta, portus.*

*F.*
JO. FRID. WEIDLERVS,
Mathem. P. P.

---

Non moritur; vivit, nobis poſt fata ſuperſtes,
Tantorum mater quæ bene digna fuit.
Vivet in his, tanta digni qui matre coruſcant,
In cœlis tanto gloria major erit.

*Levandi luctus ergo m.*
D. CHRISTIAN. ERNESTVS MVSSIGK,
Belz. P. & S.

---

*Leucorides inter quae praeſtantiſſima vixit,*
*Matronas, lenta morte peremta, cadit.*
*Tantum, paulatim quae lethi ſemina carpunt,*
*Humana arcanis morſibus oſſa premunt.*
*Inde* Domus *ſaevum cepit LOESCHERIA Vulnus,*
*Quod Tibi triſte nimis,* Per-Reverende Senex.
*Dulcius aſt intus mulcet divina voluntas,*
*Atque æterna Tuæ conjugis illa ſalus,*
*Nec non (tarde utinam!) cum mandat Numen, eundi*
*Ejus in amplexus, intemerata fides.*
*Interea ſoboles numeroſa et fauſta perennet,*
*Famaque ſic vigeat, non moritura, Patrum!*

Συμπάσχων fecit
IOH. CASP. HAFERUNG/ D.

Si

Si mala ſunt, lacrymis majora, domeſtica fata,
Quo ſua nunc referet LOESCHERIANA Domus?
Hæc etenim attingunt ipſam tolluntque Coronam,
Cui gemmae atque aurum cedit & omne jubar.

*Mœſtisſimi Vidui vices dolens ſubmiſſe ſcrib.*

MICH. BALTH. HILDEBRAND, D.

---

*Hem! LOESCHERE, manus, quae vulnerat, altera ſanat!*
*Altera dira manus, altera mira manus.*
*Dimidium cordis mortis rapit atra ſiniſtra,*
*Corda ſed ipſa DEI dextera ſana ſinit.*

JOH. CASPAR. BRENDEL, D.

---

Urbis fœmineum Decus hac abſconditur urna,
Atque Senis tanto tempore fida Comes,
Summe Virum, veritus ſæpe es poſtrema ſepulchra,
Diva itidem; aſt victrix hæc petit aſtra prior.
Una inter lacrymas recreat facunda Nepotum
Progenies, Matrem nec ſinit illa mori.

JOBVS TIELMANNVS, D.

---

*Euſebie cernit Sacrum cum Pallade buſtum*
*LOESCHERIAE, & lacrymis ora, genasque, rigat,*
*Quo Parcae, Soror, inquit, eunt? conentur ad aſtra,*
*Et ſua jam ſtulta mittere tela manu?*
*Tantae virtuti minime ſi parcere poſſunt,*
*Nil tuti cœlum, nil quoque terra, dabit.*
*Quas ego! Sed Pallas, blande complexa Sororem,*
*Mulcensque iratam, talia verba facit:*
*Chara Soror, nequeunt virtutes flectere fata,*
*Impius & moritur, commoriturque pius.*
*Nos potius tumulo dignos habeamus honores,*
*Vt ſua perpetuo præmia Diva ferat.*
*Dixerat: & flores ſpargunt, ſparguntque coronas,*
*Et triſti Divae marmora voce locant.*

Obſervantiæ comprobandæ cauſſa cecinit
D. CHRISTIANVS TEMMICH/
Acad. Proto - Not.

LOESCHERIA innumeris tandem langvoribus impar
Exuit ægrotum corpus, & aſtra petit.
Iamque anima in cœlis mirando induta decore
Ipſa eſt ſublimi conſociata DEO.
Nos, ubi ſacra ſuos pietas veneranda receſſus
Pandit, Matronæ condimus oſſa piæ,
Scilicet hunc probitas, pietas, prudentia, candor
Virtuteſque aliæ promeruere locum.

IOH. GODOFRIDVS KRAVS, D.

---

*Virtus et tua laus poſt funera, Diva, virebant,*
*In liberiſque tuis usque ſuperſtes eris.*

Lugens adjecit

CHRISTIANVS IACOB. HEIL, D.

---

Si maris eſt conjux, ut dicunt, portio cordis,
Haud mirum, magnos ſi ſentit & ipſe dolores
Diſceſſu triſti charæ dulciſque ſodalis.
En! docet hoc præſens caſus, cum ſancta Mātrona genitrix
Suaui ſic letho jam nunc cadit atque beato:
Hinc gens illuſtris lacrymas jam fundit acerbas,
Et Pindus, Populus mittunt quoque flebile murmur.

*h. p. d. f.*

CHRISTIANVS HOFFMANN, Phil. & J. V. D.

---

*Matrona effertur nulli pietate ſecunda,*
*Quam merito luget LOESCHERIANA Domus.*
*Namque valet precibus multum Chariſſima Mater,*
*Mater, quam Generis nobilitavit honor.*
*Sed quoniam hunc mundum mundi pertæſa reliquit,*
*Gratandum eſt animæ, quam beat ipſa ſalus.*

CHRISTIANVS LEMCKE, D.

Der

Der Tugend Ebenbild / die Crone werther Frauen /
Des Groſſen Löſchers Ruhm / der Freunde Troſt und Stab /
Diß alles / und noch mehr / umſchleußt dis enge Grab.
Doch ließ man gleich den Leib der Erden anvertrauen /
So kan doch Ihren Ruhm kein blaſſer Tod verhindern:
Sie lebt noch allzuſchön in den berühmten Kindern.

Dadurch wolte bey denen Hochbetrübten Leidtragenden ſeine
Schuldigkeit in Acht nehmen
Dero allerſeits
ergebenſter Diener
Joh. Chriſtian Oertel / D.

---

Collapſa eſt, *Venerande Senex*, vitae, atque ſenectae
Firma columna *Tuae*, gloria prima domus.
Inde *Tibi* incuſſum doleo ore manuque dolorem,
Huncque DEVS relevet, ſola Medela precor.

*Haec,*
*Obſervantiae cauſa, adjicere voluit, debuit*
EPHRAIMVS GODOFREDVS REICH,
I. V. D. & Conſ. Eccleſ. Advoc. Ordin.

---

Wann eine Sarah ſtirbt / wer wolte da nicht weinen?
Wer traurt mit Abraham um ihren Abſchied nicht?
Hier ſpaltet ſich ein Hertz / und wär es gleich von Steinen /
Und wär es wie ein Felß / der ſonſt nicht gerne bricht:
Hier kan ſich Abraham der Thränen nicht entſchlagen /
Der Fürſt des HErren klagt: ſein Hertz iſt Jammers-voll /
Wann er im Alter noch ſein Weib zu Grabe tragen /
Und die beſchicken muß / die ihn begraben ſoll.
Wann ich Dich / Theurer Mann / mit Abraham vergleiche /
Den GOtt geſegnet hat / kan ich nicht unrecht thun /

Steh aber auf/ wie Er/ ſteh auf von Deiner Leiche/
Sieh auf die Lebenden/ und laß die Todten ruhn.

Hierdurch wolte nebſt Anwünſchung Göttl. Troſtes ſeine hertzliche Compaſſion bezeigen, ein dem Hochwertheſten Löſcheriſchen Hauſe verbundenſter Diener

**Johann George Conradi/ D.**
des Hof-Gerichts und Geiſtl. Conſiſtorii Adv. Ord.

---

In tam communi luctu mea luget acerbe
Mens etiam, ac pariter fert pia uota lubens.
Quod ſit rapta necis ui, lugeo, Sancta Matrona;
Vt mœſtis rurſus ſit bene, lingua uouet.

*Hiſce duobus Diſtichis utrique, quod exigitur, officio, ſatisfacere ſtudet*

**IOHANNES ROETHINGIVS, D.**

---

Weit beſſer iſt der Todt/ als wie ein ſieches Leben/
Und ſtete Kranckheits-Noth. So iſt des Syrachs Wort.
Denn er kan allem Leid ein völlig Ende geben/
Er führt aus Ungeſtüm nach einem ſichern Port.
Wie glücklich iſt nun der/ ſo dieſen Ort erreichet/
Weil alles Ungeſtüm auf einmahl von Ihm weichet.

Hoch-Seelige! Dein Wunſch hat richtig eingetroffen/
Dein Suchen iſt vorbey/ weil Deines Artztes Hand/
Durch kräfftige Artzney/ erfüllet hat Dein Hoffen/
Drum gratulire ich zu dieſem neuen Stand.
Genieß der ſtoltzen Ruh/ damit Dich JEſus labet/
Das ſüſſe Himmels Brodt/ damit Er Dich begabet.

**IOH. THEOPHILVS HOLSTEIN, D.**
Phyſ. Provinc. Sax.

---

Die Hände winden ſich/ das Hertze will verbluthen/
Wenn uns das Beſte ſtirbt/ wenn uns ein Freund erblaſt;
Allein was hilffts? man häufft dadurch die Thränen-Fluthen/
Drum thut der beſſer dran/ wer ſich geduldig faſt.

Wir

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-765050-p0018-9

Wir können doch dem Todt ſein Recht damit nicht mindern/
Es iſt einmahl geſetzt/ wir müſſen alle fort.
Wohl dem/ wer endlich nur zu GOttes lieben Kindern
Wie Sie, Höchſt-Seligſte kömmt an den Freuden-Ort.

Abr. Vater/ D.

---

*Moeſta Sionaei tanguntur marmora templi,*
*Multaque nunc lapides ſenſa doloris habent.*
*Cauſa patet, triſtes ducit Libitina triumphos*
*Et ſua foemineo funere iura probat.*
LOESCHERIAE *exanimes artus terreſtria carnis*
*Vincula, quae poſuit mens pia, buſta petunt.*
CONIVGIS *hinc nutat viduo capite alta ſenectus*
*Dimidiumque animae quaerit habere ſuae.*
*Hinc nati et natae, generique tenerque nepotum*
*Turba ſimul matrem ſocrum, aviamque dolent.*
*Non homines tantum petit haec iniuria fati,*
*Huius & innumeras percutit ira DEAS.*
*Caſta Fides thalami, Charitesque ſorore carentes,*
*Et Pudor et Pietas hinc ſua damna putant.*
*Affundo lacrymas lacrymis gemituque ſuborto*
*Hoc mea triſtitiae carmine ſigna fero.*

IO. SAM. BERGERVS, D.

---

Du hatteſt hier geſetzt Dein gläubiges Vertrauen
Auf JEſU Purpur-Kleid/ diß war nur Deine Luſt.
Nun kan Dein froher Geiſt/ mit Licht bekleidet/ ſchauen
Das Licht/ dem keine Nacht/ noch Finſterniß/ bewuſt.
Hoch-Seelige/ Du biſt zum höchſten Guth gekommen/
Wie herrlich pranget nicht Dein helles Unſchuld-Kleid?
Es bleibt Dein Tugend-Ruhm geſegnet bey den Frommen/
Du haſt nach Wunſch erlangt die frohe Ewigkeit.

Dem Hochbetrübten Herrn Witwer und übrigen werthgeſchätzten Anverwandten ſchriebs zum kräfftigen Troſt der Seeligſt-Verſtorbenen Beicht-Vater

M. Auguſtus Wolff/
Prediger.

E Die

Die Thränen / welche ſich / **Hochtheurer Gottes-Mann** /
Aus deinen Augen heut ſo mildiglich ergieſſen /
Sieht jeder Redlicher nicht ohne Wehmuth an /
Indem das Schickſal Dir **Dein andres Hertz** entriſſen!
Es klagt die gantze Stadt mit den betrübten Deinen /
Und heiſt der Augen Paar geſaltzne Fluthen weinen.

Wie könte Dir demnach mein gantz ergebnes Hertz
Das Opffer meiner Pflicht / die Thränen / ſchuldig bleiben?
Vielmehr bemüh ich mich den mir entſtandnen Schmertz /
Dir auff das deutlichſte umſtändlich zuzuſchreiben /
Doch wird die Feder mir / wie Bley / in meinen Händen /
Die Dir ein Todten-Lied ſoll zu Geſichte ſenden.

Du klageſt wohl mit Recht den ſchmertzlichen Verluſt /
Weil dieſer eine Tag Dir gar zu viel entnommen /
Doch / da Dir / **Theurer-Mann** / ſchon ohne mich bewuſt /
Daß zur Vollkommenheit wir durch dis Mittel kommen /
Wirſt Du der **Seeligen** die ſüſſe Ruhe gönnen /
Und deſto ehe Dich zu frieden ſtellen können.

Du weiſt / wie tugendhafft Ihr frommer Wandel war /
Und was vor Männer Du mit Selbiger erzogen!
Der König ſtellet Sie in hohen Aembtern dar /
Und Fürſten nennen ſich Denſelbigen gewogen!
Auff dieſe ſieh zurück / die Deinem Trauer-Leben
Vor ſich vermögend ſind den beſten Troſt zugeben.

Deswegen faſſe Dich / **Hochangeſehner Greiß** /
Mit Zügeln der Gedult Dein Trauren einzuhalten /
Der HErr / der alles wohl mit uns zu machen weiß /
Wird ferner über Dir mit ſeiner Gnade walten.
Der wolle Dich mit Krafft ſtets aus der Höhe rüſten /
Und zu der Kirchen Troſt noch Deine Jahre friſten!

Dieſe Troſt-Zeilen ſetzte bey dem ſchmertzlichen Verluſt der Hochſeel. Frau General-Superintendentin, als einer in Ihrem Leben klugen Abigail, zur Auffrichtung des 80. jährigen Hochbetrübten Herrn General-Superintendentens

**M. Johann Heinrich Reißmann /**
Prediger.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-765050-p0020-0

Quae monumenta, licet ſint aere et mole ſuperba,
LOESCHERIANAE concitabis FEMINAE,
Wittemberga, piis lacrimis nunc dedita? Nonne
Spectata uirtus FEMINAE, prudentia,
Ingenuus candor, pietas, et ſedula cura,
Cujus ſuperſtes fama ſemper funeri?
Namque his excultam, nemo, uirtutibus *Illam*,
Nec uir negabit, nec puer, nec femina.
Ipſe eo cognoui, fuerit quam Femina prudens,
Cum me tenerent *Ejus* aedes hoſpitem.
Juro, ſemper erunt noſtris infixa medullis,
Quae tum docebat ſancta noſmet dogmata.
Ecce, Pii Manes, haec Virtus marmora condit,
Caſura nullis ſaeculorum ſaeculis.

*Haec in obitum Matronae deſideratisſimae moeſtisſimo animo ſcribebat*

M. JO. EPHRAIM HARTVNG,
DIACON.

---

Betrübtes graues Haupt / wo iſt die Augen-Luſt!
Klagſt Du in Deinem Sinn / Du theurer reiner Lehrer /
Du Aaron dieſer Stadt / und GOTTes Reichs Vermehrer /
Sie iſt in Abrams Schooß / ſo Dir iſt wohl bewuſt.

M. Hermann Becker / Adj.

---

*Judic. V. 7.*

## LOESCHERIANA DEBORA:

*Hæc Hyblæa meliſſa:*
*Sic materque coruſca.*

Quum populus nondum *Reges* Ebræus haberet:
Ipſe tenebat tunc Regia *ſceptra* DEVS.
Quique creabatur JVDEX a Numine ſummo,
Is DVX atque *caput*, Regis & inſtar erat.
Hic *Heroas* honor quamvis ſpectaret; ab illo
*Debilior ſexus* non removendus erat.
Exemplo DEBORA ſuo rem conficit omnem,
*Judicis* hæc partes, ſuſtinet atque *Ducis*.

 JABINI

JABINI victrix, *mater*que DEBORA coruſca,
Ac Hyblæa, pia prole, *meliſſa* fuit.
Quantus honos *nomen maternum* poſſe tueri,
Incluta nos *Judex* jamque DEBORA docet:
MATER in Iſrael ego ſum, ſic grata fatetur:
En *Princeps* populi nomina *matris* amat!
Ædificaſſe *Domum* Iſrael LEA, blandaque RACHEL
Dicuntur: quantus, dic, *honor* iſte fuit?
His cum ſi contendatur LOESCHERIA *mater*:
Neſcio, cui merito *palma* ferenda venit?
JOBÆAM ſuperat *Natis*; æquavit at ipſam
*Natabus*: fœtam vicit utrinque LEAM.
Ceu ſtudioſa *meliſſa examina* miſit in agros,
Quæ paſſim dulces compoſuere *favos*.
Conſpicuos igitur meruit bona *mater* honores:
Neſtoreos annos *vincere* digna fuit.
Aſt placida viſum *requie* donare, labore
Confectam, ſummo, qui regit aſtra, DEO.
Edite jam planctus! LOESCHERIA namque benigna,
Grande *decus gentis*, morte peremta cadit.
*Pignoribus* claris celebris *Matrona*, *nepotes*
Quæ plures numerat: *claudit in orbe diem.*
Quæque *Domum* prudens rexit, *curasque marito*
Reddebat dulces: *claudit in orbe diem.*
Quæ teneræ *proli* veræ *pietatis amorem*
Implantavit, proh! *claudit in orbe diem.*
Quæ *vultu ſvavis*, *virtute coruſca*, favorem
Cunctorum meruit: *claudit in orbe diem.*
Hanc *viduus* lacrumis *ſumme venerandus* amaris
Irrigat: hæc *Senii* dulce levamen erat.
*Pignora* flent charam *matrem*, tenerique *nepotes*
Deplorant *aviam*, *nobile* quisque *decus.*
Eſt ingens, fateor, *luctus* ac cauſa *doloris*:
Heu celebris *mater*, culta DEBORA cadit?
Ponendum tamen eſt lacrumis nimioque dolori
*Frenum*: velle DEI concelebrare decet.
*Munere* namque ſuo ſatis eſt defuncta *beata*:
Optatam hinc *requiem* carpit in arce poli.
*Lugentes* igitur clemens ſoletur Jova:
LOESCHERI *florens*, ſit maneatque *Domus*.
Non tragici *caſus* iſtam, nec *fata* ſiniſtra
Divexent: tribuat *gaudia fixa* DEVS.
Tu jam, *prole* pia *celebris*, requieſce DEBORA:
JABINI victrix, læta *tropæa* canas.

*Immortali* Defunctæ *honori*, *optato*que lugentium *ſolatio*,
*Celeberrimi Nominis* LOESCHERIANI *Cultor*, *appoſuit*
M. GEOR. MICHAELIS CASSAI, Hungarus,
Collegii Sapientum Aſſeſſor.

---

*O TE felicem, ſuperata morte, Mātronam,*
*Quae nunc Virtutum praemia laeta capis.*
*Hic pariter uiuis, nec enim per funera nomen*
*Ac rabiem mortis fama decusque perit.*
*Seruat id, inſignis ſenio meritisque, Maritus,*
*Et, quae TE Matrem, Pulchra Corona, colit.*

Obſeruantiam teſtat. ſc.
M. IO. HERM. von ELSVVICH,
Ord. Phil. Aſſ. et S. Th. Cand.

Mors

Mors minime mors eſt ſanctis; ſed janua vitae:
Non vitam; vitium mors inimica rapit.

*Haec obſervantiae cauſa ſcribebat*

M. IO. SAMVEL LVPPIVS,
Ord. Phil. Aſſeſſ. & Th. Cand.

---

*Dum mea Muſa ſtudet triſtes componere uerſus,*
*Se ſentit phoebi dedidiciſſe modos.*
*Quid cauſae? luctus uires proſternit acerbus,*
*Moeſtaque, nec mirum, ſcribere uerba uetat.*
*Mors etenim talem rapuit, quae Matris ad inſtar*
*Non fuit; at uere Mater amanda fuit.*
*Quanta fient in me benefacta profecta per illam,*
*Lingua poteſt nunquam ſat celebrare mea.*
*Hinc fundat uerſus alius, ſolamine plenos,*
*Et conſolando pectora moeſta leuet.*
*Ipſe necis ſenſu tactus uix hiſcere poſſum,*
*Nedum ſolari uoce decente domum.*
*Nil ego nunc aliud facio, quam noſtra quod ora*
*Poſſunt, ſed poſſunt haec pia uota dare.*
*In tumulo* diuae Matris *bene membra quieſcant:*
*In terrisque* ſenex *floreat, opto,* pater.
*Opto ſimul, uireat* LOESCHERI tota propago,
*Et* qui LOESCHERI tecta *uerenda* colunt.

Ita dolet, ita nouet ὁλοκαρδίως

CHRIST. FR. KRANEVVITTERVS, Chemnicias,
Poeſios & reliqu. lib. Art. Magiſter, itemque Ord. Ph. in Acad. Vitemb. Aſſeſſor, & Lyc. Opp. Rector.

---

Heu, Matrona cadit, uirtutis nomine clara,
Splendida feminei gemma decuſque chori.
Viuit at in Natis, doctus quos ſuſpicit orbis,
Queis, canoque Patri, Numen adeſſe uelit.

M. GODOFREDVS VVAGENERVS,
Ord. Philoſ. Adj. & Lyc. Conr.

---

*Dic, quid, quaeſo, SENI VENERANDO triſtius eſſet,*
*Quam fidae auxilio coniugis orba domus?*
*Hiccine poſtremus caſus, finisque malorum?*
*Non alio poſt haec uita premenda malo.*
*Sic, precor, eueniat. Quae non expleuit amata*
*Coniux, uiuendi tempora, ſumto SENIS.*

M. JO. CHRISTOPH. COLERVS, Ord. Phil. Aſſ.

---

Flecte SION gelidos ad proxima funera uultus!
Ecce TVI lacrymis PRAESVLIS ora madent.
Funde ſimul largis moeroris fluctibus undas:
Cum luget caput, haud gaudia membra decent.

*Summe Venerabilis Senioris Theologorum triſtia fata dolens f. c.*

M. POLYCARPVS LYSERVS, Fac. Phil. Adſeſſ.

---

*Siccine terreſtres orbis, LOESCHERIA, ſedes*
*Linquis, & ad rutilum felix adſcendis Olympum,*
*Quam pietas, quam ſancta fides, quam candida virtus*
*Exemplum toti ſpectabile fecerat urbi?*
*Quae nobis poſthac non fata timenda ſuperſunt*
*Triſtia? Namque ſolent iuſti rectique tenaces,*
*Flebile cum miſeris aeuum mortalibus inſtat,*
*Claudere morte oculos placida, ne forte futuros*
*Adſpiciant Patriae caſus, ſaeuamque ruinam.*

*At diuina SENEM venerandum gratia nobis*
*Seruet, praeſidium lapſis laetabile rebus,*
*Alter qui veluti Moſes prece ſaepe ſolebat*
*Finibus a noſtris ſaeuas auertere clades;*
*Illi aquilae in morem redeat praelapſa iuuenta,*
*Et ſtabiles noſtris anni iungantur ab annis.*

συμπαθείας ac obſeruantiæ teſtandae gratia f.

M. CHRISTIANVS BERNHARDVS BVCHER, Adj.

---

Germanæ fidei tenebras *Quæ* lumine pellit
Carnis, ſincera *Quæ* pietate cluet,
LVMINA *Quæ* dederat varia virtute coruſca,
ILLORVM radiis *Quæ* loca ſacra replet,
*Hæc* placida claudit fulgentia lumina morte
Aeternum ut radient luce refecta DEI.

*LOESCHERIANÆ GENTI meritis & virtute Excellentisſimæ pietatem ſuam declaraturus f.*

M. FRIDER. IACOB. FIRNHABER, Fac. Phil. Adj.

---

Wenn mein betrübter Kiel/ O unſers Sions Licht!
Bey Deiner Traurigkeit die ſonſt gewohnte Pflicht
Nicht mit ſo frohem Geiſt/ wie ehemahls/ ableget/
So wiſſe/ daß der Schmertz/ den mir Dein Hauß erreget/
Da es im ſchwartzen Flor und tieffer Trauer ſteht/
So nahe/ als dir ſelbſt/ anjetzt zu Hertzen geht.
Legt nicht Euſebie ſelbſt Trauer-Kleider an/
Und bricht bey Deinem Schmertz/ O theurer GOttes-Mann,
In Klage-Lieder aus? Da deines Hauſes Crone
Der Tugend Ebenbild/ die heilige Matrone
Itzt auf der Bahre ſteht. Ein allzuſtrenger Schluß
Macht/ daß man Sie nunmehr bey uns vermiſſen muß.
Es iſt des HErren Hand/ die dieſes Leid geſchickt/
Die Hand/ die Sie bereits nach vielem Creutz erquickt.
Es iſt des HErren Hand/ die Sie zu ſich genommen/
Ihr Artzt/ Ihr JESUS iſt zu rechter Zeit gekommen/
In deſſen Armen Sie in voller Wonne lacht/
Und giebt uns Sterblichen mit Freuden gute Nacht.

Aus ſchuldigem *Reſpect* und *Compasſion* ſchrieb dieſes

M. Juſtus Chriſtian Thorſchmiedt/ Phil. Fac. Adj.

---

*Nunc pia coeleſti requie Matrona beatur,*
*Terreſtris uitae quae diu ſenſit onus.* bona
*Anxia perpetuis cura eſt, non uita, periclis,*
*Hoſtis congeniti dum patet ipſa dolis.*
*Veram cum Diuis uitam nunc Diua perennat,*
*Numinis aſpectu condecoranda ſui.*

Ita beatum Diuae ſtatum contemplatur

M. IO. ADOLPHVS MVLLER, Ord. Phil. Aſſ.

---

Vox animi interpres, fœcunda nuntia mentis,
Quo fugis? an funus labra ſilere jubet?
Quo fugis? & nulla linqvis te voce vocantem?
Non voco, ſed lacrymæ pondera vocis habent.
Inter anhelantis ſuſpiria pectoris, ægros
Heu quos elicio rauca per ora ſonos!
Nam dolor aſſiduus tali jam funere terret,
Vox fugit, hinc lacrymis lumina feſſa patent.
Sed quid felices fruſtra dolor urgeat umbras?
Juſtius in laudes ora reſolvit amor.
Quarta Charis moritur, decima & ſic Pieris ipſa
Delicias ſpernit, funera mera, ſoli.

Quæ

Quæ nutrita fuit fauſtis penetralibus olim,
Et quæ Doctorum mox pia mater erat.
Ortus ipſa ſuos repetit matremque requirit,
Fitque poli patriæ fama decusque ſuæ.
Suſpiciens cœlum tendensque ad ſidera dextram,
Huic pedibus data ſunt aſtra terenda ſuis.
Aſt quonam pietas & honos & frontis imago?
Virtutes raræ, relligionis amor?
Quo fugit candor veteris veſtigia recti
Qui dedit, atque oris gratia culta pii?
Buſta eheu triſtesque notas damus, invida grando
Mors cuncta hæc Triſti funere nunc rapuit.
Frangitur hic gratæ divina modeſtia frontis,
Morborumque ictu membra ſoluta cadunt.
Marceſcitque color, ceu cum labefacta caducum
Sole gravi curvant alba liguſtra caput.
Hinc nunc ipſa mihi, poſt tot diſcrimina, Diva
Julia rugato creditur ore loqui:
„Hæ ſunt primitiæ mortis; tot partibus ætas
„Defluit & pigris greſſibus ima petit.
„Mox miſeram morbus mox tusſis anhela fatigat,
„Hinc ut vivamus, vivere deſinimus.
Sic vere vivis ſomno reſoluta reponens
Membra, ſatis vitæ eſt quam dat amœna dies.
Mirarisque novos orbes, convexaque mundi
Mœnia, & innumeras, ſplendida ſigna, faces.
At mihi ſat fuerat fato legiſſe ſupremo
Hanc fugientem animam; ſpemque decusque poli.
Satque Tuo tumulo vera hæc inſcribere verba;
Ac cineri multa ſolvere juſta prece.
„Fortunate lapis tumuloque beatior omni,
„Tu tegis in terris, ſi quid honoris erat.

*Mærens ſcripſit*

M. ERDMANN GOTHOFREDVS CAMENTIVS, Fac. Phil. Adj.

---

*Non ſeMper pIetas aCqVIrIt NeſtorIs annos;*
*Sæpe probVs Canos InterIt ante DIes.*
*At te, ter feLIX, ea nVnC qVoqVe fata ſeqVntVr,*
*Vt granDæVa qVeas ponere fVnVS hVMI.*
*SVnt, qVIbVs ob noXas proLongat proVIDa DeXtra*
*AVras, ne toLLat ſtyX ſVbeVnDa reos.*
*Aſt, Vt VIrtVtes eX te proLIXIVs Irent,*
*Eſt Data LVſtrorVM LaXIor æra tIbI.*
*HInC, VtVt VſqVe ſatIs ſæVo ſpIraVerIs orbI:*
*Non taMen eſt nobIs LVX DIVtVrna tVa.*
*NVnC tVa te pIetas bLanDe ſVper æthera DVXIt,*
*Et tVVs eXornat te DeVs atqVe foVet.*
*ProXIMa CæLItIbVs, VIrtVtes perfICe, feLIX,*
*AC LaVtos frVCtVs eX pIetate Cape.*
*SI tVVs eX noſtro eXtorqVetVr peCtore VVLtVs;*
*ProDetVr Mater poſterItate ſVa.*

M. HIERON. WIGAND BIEL / Ord. Ph. Adſ.

---

Quæ, LOESCHERE, Tibi vinclo ſociata jugali
Corde fuit, lethum detrahit hancce ferum.
Inde Tuum pectus cumprimis vulnera magna
Sentit, & indulget luctibus uſque meris.
Sed, dum defunctam ſociam Tibi vita futura
Reddet, ſponte Tuæ fata beata dabis.

M. IO. ZACHARIAS HILLIGER, Ord. Sap. Aſſeſſ.

Du

Du haſt nun, SEELIGSTE/ den letzten Kampff gehalten,
Und darin blieb Dein Hertz bey GOtt beſtändig ſtehn,
Du lieſſeſt ſeine Hand bey Deiner Kranckheit walten,
Er wolte auch mit Dir durchs Thal des Todes gehn.
Hier war Dein ſteter Wunſch, ihn ewig dort zu ſehen,
Was du verlanget haſt, das iſt nunmehr geſchehen.
Unendlich iſt der HErr, dem du nunmehro dieneſt,
Und unermeßlich iſt deſſelben Herrligkeit,
Als Du vor ſeinem Thron der Seelen nach erſchieneſt,
Hat er dich angethan mit einem Ehren=Kleid.
Er hat Dich in die Burg der Heiligen erhoben,
Und kanſt den hohen GOtt mit Seraphinen loben.
Die Deinen/ welche Du auf dieſer Welt verlaſſen,
Verlaß der Troſtes=GOtt mit ſeinem Troſte nicht,
Er wolle Sie allſtets in Liebes=Arme faſſen,
Bey ihrer Trauer=Nacht ſchein ihnen Freud und Licht!
Iſt ihnen gleich ſehr weh durch dieſen Tod geſchehen,
So richtet ſie doch auf ein frohes Wiederſehen.

Mit dieſen wolte ſeine gebührende Schuldigkeit abſtatten

M. George Friedrich Rau/ Diener des Göttl. Worts.

---

*Cœli quiſque ſui Pater eſt Sol, Lunaque Mater,*
*Et Nati referunt ſidera parua poli.*
*Luna cadit, lugent Lunam, pia ſidera, Stellae.*
*Heu, quantos luctus, Sole cadente, dabunt.*

Qui Sol Chriſtiani orbis noſtri ut, cum Stellis ſuis, longe lateque relucentibus, radios quam ſeriſſime contrahat, aeternae Solem juſtitiae precatur ex animo.

M. SAMVEL CNAVTHIVS, Biblioth. publ. in Acad. Vit. praef.

---

So iſt auch Ihre Zeit nunmehr herbey gekommen/
Da Sie die Wohnungen der Welt verlaſſen muß/
Hoch=Tugendreiche Frau! Sie wird hier weggenommen/
Und anderweit verſetzt durch Ihres GOttes Schluß/
Zwar dieſer Wechſel kan Ihr keines weges ſchaden/
Sie gehet aus dem Sturm der Welt zur wahren Ruh/
Sie hat auf GOTT getraut/ der wird Sie nun begnaden/
Und Ihr die Seligkeit zum Vortheil legen zu.
Zu dem/ ſo hat Sie ſchon ſo viel allhier erlebet/
Daß man mit gutem Recht Sie glücklich preiſen kan/
Sie hat in groſſer Ehr und hohem Stand geſchwebet/
Von GOTT war Ihr beſchehrt ein Theurer GOttes=Mann.
Sie hat durch GOttes Gnad auch Kinder ſehen können
Durch welche mancher Nutz ſchon längſt geſchaffet iſt/
So hat der Himmel auch Ihr dieſes wollen gönnen/
Daß Sie an Glück und Gut gar wenig hat vermißt.
Und endlich iſt Sie nicht ſo gantz und gar geſtorben/
Es bleibet noch Ihr Ruhm zurück in dieſer Welt/
Den Sie durch Frömmigkeit und Tugend hat erworben:
Wohl dem/ der ſolches Lob nach ſeinem Todt erhält.
Doch zu bedauren iſt/ daß dieſer Tod betrübet
Ein ſolches Haupt/ das nichts als Freude würdig iſt/
Den Mann/ den GOTT erhöht/ und den ein jeder liebet!
Und deſſen weiſer Sinn ſo manche Kunſt beſchließt.
Der Höchſte laſſe Troſt von ſeinem Himmel flieſſen
Auf deſſen mattes Hertz/ daß Er die Traurigkeit
Kan endlich wiederum aus ſeinem Sinne ſchlieſſen/
Und alſo wohl vergnügt verbringen ſeine Zeit!

Mit dieſen ſchlechten, doch hertzlich=wohlgemeinten Zeilen wolte ſein ſchuldigſtes Mitleiden, gegen ſeinen Hochzuehrenden Hrn. Schwager, und die ſämtliche Leidtragende hohe *Familie* einiger maſſen abſtatten

Erich Friedrich Oberkampff/ Not. Publ. Cæſ.

✠ ✠ ✠

Ung. VI 1

=[Occasionalia Vol. 2.
=Funeralia K–R.]

X 2855981

WB

WB18

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-765050-p0027-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-765050-p0028-5

116

# MEMORIAE
# BEATAE
# CLEOPHE SALOME LOESCHERIAE
## NATAE
# SITTIGIAE
## SACRVM.

---

*VITEMBERGAE*, LITERIS GERDESIANIS.

1717

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-765050-p0029-4